



M. ANTONII
SABELLICI,
RERUM VENETARUM
AB URBE CONDITA,
DECADIS TERTIÆ,
LIBER V.



Ernum erat anni tempus, & jam ætas
appetebat: quum Sforcia, auditio He-
truscarum rerum successu, quia non erat
cur magnopere rebus suis ac sociorum,
ut antea, timeret, cum flotentissimis co-
piis in hostem movit. Ferunt raro alias
tam largum stipendium militi datum:
quo factum est, ut non arma, non equi, non denique
ornamentum ullum militare cuiquam deesset. Et ut quam
primum Brixiam subsidio & commeatu levaret, per me-
dios hostes statuit eo copias traducere. Augebat ingentes
illius

1440
*Sforcia de
Mincio flu-
vio superan-
do cogitat.*